

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Minos, vel, de lege

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

nil Troianis proderat, cum aduersos deos haberent, sacra ac munera temere illis offerre. *Neq. n. eiusmodi est dei natura, ut ducatur muneribus, quemadmodum improbus faenerator. Sed nos nimium deliramus, si quando nos Lacedaemonijs propter munera acceptiores deo esse ducimus. Etenim graue esset, si deus ad donaria, & sacrificia nostra respiceret potius, quam ad animum, utrum iustus sanctusq. sit. Ad quem equidem Deum arbitror multo magis attendere, quam ad multi sumptus pompas atque sacra, qua nihil prohibet eum, qui multa in Deum hominesq. peccauerit, seu priuatus sit, siue respub. singulis annis perficere. Deus aut. utpote a muneribus incorruptus, spernit hac oia, ut ipse eiusq. propheta praedixit. Vnde perspicuum est, & apud Deum, & apud hoies sana mentis, iustitiam, & prudentiam praecipue honorari. Prudentes aut. iustiq. sunt, qui sciunt, q. erga deum, & hoies agere atq. dicere deceat. Cupio tamen ex te audire, quid in his ipse sentias.* *A.L.C.* Mihi vero, o Socrates, haud secus, quam tibi ac Deo videtur: neq. n. fas esset a Deo me dissentire. *S.O.C.* Recordaris dixisse te in plurima dubitatione discrimineq. versari, ne te ipsum falleres, cum mala quandoq. pro bonis optares? *A.L.* Memini. *S.O.C.* An vides non satis tutum tibi esse ad orandum pergere, nequando te deus audiens imprecante ista tua sacrificia renuat, aliud vero quiddam fortuitu reportes? Mihi ergo videtur operaprecium esse quiete agere: na oratione Lacedaemoniorum propter magnanimitatem, id. n. nomen honestissimum est oium, quibus insipientia significatur, no existimo uti te velle. Quare necesse est expectare, donec discatur quemadmodu ad Deu, atq. ad hoies habere se deceat. *A.L.C.* Quando erit, o Socrates, & quis praceptor? Iucundissime. n. hunc hoem, quisquis erit, agnoscam. *S.O.C.* Hic est cui tu cura es. Verum mihi videtur, quemadmodum Diomedis Mineruam inquit Homerus ab oculis nebulam abstulisse, ut discerneret Deum ab hoie, sic & ab aio tuo prius oportere saliginem, qua nunc offunditur, auferre: deinde illu propius admouere, per qua seu bonum quid sit, siue malu, dignoscas: nunc. n. impos esse videris. *A.L.C.* Auferat seu nebulam ille velit, siue quodcunque aliud. Etenim paratus sum nihil penitus praetermittere, quod ille praeeperit, quisquis deniq. sit, modo ipse sim melior euasurus. *S.O.C.* Atqui ille miru in modum tibi prouidet. *A.L.C.* In illud itaq. ips hoc sacrificium differre optimum fore censeo. *S.O.C.* Et recte quidem: tutius. n. est, quam tanto periculo se subicere. *A.L.C.* Sic est, o Socrates. Interea tamen quoniam mihi bene consuluisse videris, hanc tibi coronam imponam. Dijs autem & coronas, & reliqua oia quaecunque decet, tunc demum offeremus, cum diem illam aduentasse cognouero. Aduentabit autem quamprimu, dijs volentibus. *S.O.C.* Accipio & hoc, & quodcunque datum abs te mihi praeterea fuerit libenter video, cum abs te accipi. Quemadmodum vero Creon apud Euripidem videns Tiresiam coronatu, & audiens primitias coronam propter artem a militibus accepisse, ait, Augurium esse ducebam triumphales coronas, in tempestate. n. versamur, ut ipse nosti: sic & ego hanc abs te coronationem augurium esse duco. Videor autem mihi non minori, quam Creon tempestate iactari, studeoq. omnium amicorum tuorum victor abire.

Apud deos
& apud ho
mines iusti
tiam & pru
dentiam ho
norari.

Qui pruden
tes & iusti
sunt.

Magnani
mitas nome
est honestis
simum insi
pientia.

MINOS, VEL, DE LEGE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



MINOS de lege requirit, ut quid lex commu
niter, quot eius species, unde sit, paucis com
prehendamus. Si quis Platonis verba in hoc li
bro De lege, & in libris De legibus, necno De
repub. diligenter aduertat, sic legem vniuersali
definitione describit: Lex est vera gubernandi
ratio, quae ad finem optimum per commoda me
dia gubernata dirigit, transgredienti panam, obediendi praemium
statuens. Quo sit ut institutiones principum, cum vere non sunt,
nec ad optimum recto calle proficiscuntur, leges minime sint, sed de
creta, edicta, instituta potius sint, quam leges. A lege namq. legiti
mum, a legitimo iustum, a iusto bonum, rectum, verumq. opus se
penumero nominatur, propterea legem vera bonamq. esse necesse est.
Sequitur etiam, ut lex aeterna sit, ac penitus immutabilis, & apud
omnes gentes eadem de eisdem, si hoc modo vera sit: nam quae tem
poribus locisq. & opinionibus permutatur, non lex, sed institutio nu
cupatur. Legu autem species, ut ex Timaeo, Phaedroq. & Gorgia
colligitur, quattuor sunt. Prima diuina, quam prouidentiam Pla
to vocat. Secunda caelestis, quam satum. Tertia mouens, quam na
turam. Quarta humana, quam prudentiam naturalem. Prima in
mente diuina, quam Saturni legem Orpheus, & Plato esse voluit.
Secunda in superiori anime mundi parte, quam Iouis. Tertia in mo
uente inferioriq. illius potentia, quam prima Veneris. Postrema in
hominis mente, quam secunda Veneris legem vocant. Prima a sum
mo bono, quod supra mentem est, profuit. Secunda a mente & sum
mo bono. Tertia a summo bono, mente, & vniuersali aia. Quarta
a summo bono itidem, & mente & anima. Omnes vero ad ipsum
bonum iterum reflectuntur. Prima in ideis, circa summum bonum,
supra rationes. Secunda in rationibus, circa ideas, supra semina.
Tertia in seminibus, circa rationes, supra formas. Quarta in no
tionibus, circa rationes, super actus & artes, quam regiam legem
appellant superni regis imitatricem. Vnde vero lex proficiscatur,
ex his quae dicta sunt elicitur. Ab ipso quippe rerum principio omnes,
sed vario modo, ut dictum est, manant. Quamobrem omnes illu
stres conditores legum, inuentionem legum in Deum, sed per diuersa
nomina atq. media retulerunt. Zoroaster Baetrianus. Persisq. leges
tradens, in Horomafim. Trismegistus Aegyptijs, in Mercurium.
Moyse Iudaeis rectissime in patrem totius naturae Deu. Minos Cre
tensibus, in Iouem. Charondas Carthaginiensibus, in Saturnum.
Lycurgus Lacedaemonijs, in Apollinem. Draco & Solon Athenien
sibus, in Mineruam. Pompilius Romanis, in Aegeriam. Mahome
tus Arabibus, in Gabrielem. Zamolxis Scythijs, in Vestam. Plato
noster Magnesium & Siculis, in Iouem, & Apollinem. Arcadibus
autem, & Thebanis, & Cyrenaicis leges postulantibus, denegauit.

Quid lex.

Spes legu
quattuor.

SOCRATES, MINOS.



VIDNAM lex apud nos est? *M.I.* De qua
lege interrogas? *S.O.C.* Est ne aliquid quo
lex a lege secundum quod lex est, differt?
Aduerte plane quid quaerā. Sic. n. interro
go, ac si dicā, quid est aurū: & si tu eode
modo, de quo auro gram roges, haud recte te percontari
censerē. *Neq. n. aurū ab auro, quā aurum, neq. lapis,
quā lapis a lapide quicquā differt: eodemq. modo lex a le
ge nil discrepat, sed oēs idē sunt. Etenim lex vnaquaq.
illarum similiter est, nec vna magis & alia minus. De
hoc ipso igitur vniuerso, quid lex est, generati interrogo,
quod si in proptu nūc habes, explica. *M.I.* Et quid aliud
lex, o Socrates, esset, quam lege recepta & approbata? *S.O.*
An sermo tibi videtur ea esse q. sermo dicitur, vel visus
q. videtur, vel auditus q. audiuntur? aut aliud sermo, a
liud pronuciata, aliud visus, aliud visa, et auditus simili
ter atq. audita, necno lex aliud, aliud rege recepta? Sicne,
an aliter tibi videtur? *M.I.* Sic. *Vig.* *S.O.* No ergo lex est,
qua lege recepta. *M.I.* Non videtur. *S.O.C.* Quid itaque
sit lex*

Quam iter
rogamur
simpliciter,
no recte du
bitari de es
qd est part.

Colligunt
definitio
trāslatione.

fit lex, in hunc modum consideremus. Si quis de iis qua modo diximus, percontetur dicens: postquam visu asseritur: responderemus utique esse sensum huiusmodi qui per oculos colores declarat: & de auditu interroganti, sensum qui per aures vocem haurit. Eodemque pacto si roget, postquam lege legitima constituntur, quid est lex qua recepta recipiuntur, Vtrum sensus aliquis, vel declaratio, quemadmodum qua discuntur, declarante scientia comprehenduntur, & inveniuntur inuentione monstrante: quemadmodum salubria & noxia medicina monstrantur: qua vero dii cogitant, ut rates ferunt, diuinandi facultate noscuntur. Vaticinium namque rerum talium inuentione est: an non? M. I. Proxius. S. O. C. Quid horum praecipue legem esse praesumimus? instituit in ista atque decreta? M. I. Mibi quidem videtur. Quid enim aliud quispiam legem esse dixerit? Ex quo apparet id totum quod rogabas, legem ciuitatis institutum esse. S. O. C. Opinione in me ciuitatis legem vocas? M. I. Equidem. S. O. C. Et forte recte loqueris: forsitan vero in hunc modum melius intelligemus. Aliquos sapientes vocas? M. I. Voco. S. O. C. Nonne sapientes sapientia sapientes sunt? M. I. Ita. S. O. C. Et iusti iustitia iusti. M. I. Proxius. S. O. C. Ergo et legitimi lege legitimi? M. I. Nempe. S. O. C. Iniqui autem iniquitate iniqui? M. I. Certè. S. O. C. Legitimi vero iusti? M. I. Ita. S. O. C. Iniqui autem iniusti? M. I. Iniusti. S. O. C. An non pulcherrimum quiddam lex atque iustitia? M. I. Sic est. S. O. C. Turpissimum vero iniustitia atque iniquitas? M. I. Turpissimum. S. O. C. Et illud quidem ciuitates, ac reliqua omnia seruat, hoc aut peruertit, atque corrumpit? M. I. Ita. S. O. C. Ergo legem oportet, ut pulchrum aliquid cogitare, & ut bonum querere. M. I. Quidni? S. O. C. An non institutum ciuitatis legem esse diximus? M. I. Diximus. S. O. C. Nonne decreta quadam bona, nonnulla etiam mala sunt? M. I. Sunt certè. S. O. C. Lex tamen mala non erat. M. I. Non certè. S. O. C. Non igitur ita simpliciter asserendum est, legem ciuitatis institutum esse. M. I. Nequaquam mihi videtur. S. O. C. Neque enim congruit iniquam constitutionem legem esse. M. I. Non. S. O. C. Veruntamen opinio quadam lex mihi quoque videtur: cumque praua opinio minime sit, an non perspicuum est, si quidem est opinio, probam opinionem esse? M. I. Constat. S. O. C. Proba vera opinio, nonne vera opinio est? M. I. Est. S. O. C. At opinio vera veritatis inuentio. M. I. Certè. S. O. C. Lex itaque veritatis inuentio esse vult. M. I. At quo, o Socrates, si lex veritatis inuentio est, non ipsam semper legibus circa eadem utimur, cum rerum veritas inuenta sit? S. O. C. Nihilominus lex veritatis inuentio esse vult. Quod si non ipsa, ut videtur, legibus homines utuntur, non semper veritatem, quam lex expetit, reperire possunt. Sed age videamus, an hinc nobis liquidius pateat, siue ipsam semper, siue aliam alij viuamus legibus, & num cuncti homines eiusdem, aut alij alij. M. I. Verum neque id cognitum difficile est, o Socrates, quod neque ipsam semper eiusdem, nec alij semper alij viuunt. Neque enim leges nostra hostia humana sacrificare permittunt, apud Carthaginienses autem iustum sanctumque habetur, adeo, ut eorum nonnulli Saturno filios litent, quod ipse forsitan audiuit. Nec modo Barbari homines diuersas ac nos leges sequuntur, verum etiam qui Lyciam incolunt: illi

Athamantis successores qualia sacra offerunt, quum tamen Graeci sint? Nos quoque audiuiti quales quondam leges circa inferias seruauerimus, hostias ingulantes antequam efferretur cadaver, praeficasque accerentes. Et qui hys antiquiores, defunctos etiam domi sepeliebant, quorum nos hys temporibus nihil omnino seruamus. Innumerabilia praeterea ad idem exempla referre possemus. Latissimus enim demonstrandi campus est, quod nec nos ipsidem semper nobiscum, nec homines inuicem legibus vitam agunt. S. O. C. Nil mirum est, o Vir optime, si tu recte loqueris, me vero id latuit. Verum donec ipse per te ipsum qua tibi videntur, proluxa oratione narrabis, ego rursus idem faciam, nunquam, ut arbitror, consentiemus. At si communis disceptatio proponatur, forsitan congruemus, itaque si id vis, interrogans ipse me, comuniter una mecum considera: si autem respondere maus, responde. M. I. Volo equidem, o Socrates, ad quodcumque libuerit respondere. S. O. C. Age igitur, num iusta putas iniusta, iniustaque iusta esse? An iusta potius iusta, iniusta vero duntaxat iniusta? M. I. Equidem qua iusta sunt, iusta: necnon iniusta, quaeunque iniusta sunt. S. O. C. An non quemadmodum hic, sic et ubique gentium existimatur? M. I. Ita. S. O. C. Et apud Persas nonne? M. I. Et apud Persas. S. O. C. An non & semper? M. I. Et semper. S. O. C. Vtrum qua plus trahunt, grauiora hic censentur: qua minus, leuiora: vel huius oppositum? M. I. Non, imò plus trahentia grauiora, minus trahentia leuiora. S. O. C. Num & in Lycia, & Carthagine idem? M. I. Idem. S. O. C. Pulchra quippe ut videtur, ubique pulchra putantur: turpia contra, turpia: non autem pulchra turpia, vel turpia pulchra. M. I. Ita est. S. O. C. Nonne per omnia generatim quae vera sunt, esse censentur: non autem qua minime vera, tum apud nos, tum apud homines vniuersos? M. I. Videtur. S. O. C. Ergo quisquis a vero aberrat, a legitimo quoque aberrat. M. I. Secundum rationem tuam, o Socrates, eadem legitima semper et inter nos, & inter ceteros esse videntur. At cum nos autem aduerto absque fine quotidie leges sursum deorsumque mutant, fide tibi abere non possum. S. O. C. Forte non percipis, quod haec transposita eadem perseverant. Ceterum sic ipsa mecum intueri: librumne vnum qua de curatione morborum aliquem nactus es? M. I. Equidem. S. O. C. Nostri cuius artis liber ille sit? M. I. Noui quod medicina. S. O. C. Medicos vocas qui haec sciunt? M. I. Voco. S. O. C. Qui sciunt, eadem de eisdem, an diuersi diuersa constituunt? M. I. Eadem. S. O. C. Vtrum Graeci soli cum Graecis, aut et Barbari, & secum & cum Graecis de iis qua sciunt, conueniunt? M. I. Neesse est omnino eadem de iis qua sciunt Graecos Barbarosque censere. S. O. C. Probe respondisti, sed nonne & semper? M. I. Et semper. S. O. C. Nonne medici circa valetudinem conscribunt, qua esse censent? M. I. Imò. S. O. C. Scripta igitur medicorum leges medicorum sunt? M. I. Sunt. S. O. C. Et geometrica scripta geometrarum leges? M. I. Certè. S. O. C. Quorum sunt scripta constitutionesque de cultu horticorum? M. I. Horticultorum. S. O. C. Haec igitur leges horticulturae sunt? M. I. Ita. S. O. C. Eorum qui hortis posse sciunt? M. I. Quidni? S. O. C. Sciunt autem horticultores. M. I. Nempe. S. O. C. At quorum sunt de condimentis obsoniorum scripta atque instituta? M. I. Coquorum. S. O. C. Coquorum igitur haec leges sunt. M. I. Sunt. S. O. Eorum videlicet, qui praeparadis obsonijs praeparasse sciunt. M. I. Proculdubio. S. O. Scribit haec, ut autem, coqui.

Geremonia antiquissimi me circa defunctos.

Oes perceptio nes artium leges esse.

Quid vaticinium.

Alia falsa definitio legis, & constitutio.

Lex opinio quadam est.

Apud Carthaginienses legitimum si hys litare.

M. I.

MIN. Sciunt. SOC. Age igitur, dic quorum sunt conscripta, & instituta de ciuitatis gubernatione. An non eorum qui administranda reipub. periti sunt? MIN. Apparet. SOC. Num alij quidam prater ciuiles atq. regios homines id nouerunt? MIN. Isti soli. SOC. Ciuilia ergo conscripta haec sunt, quae homines regum honorumq. uirorum decreta nominant. MIN. Vera narras. SOC. Qui sciunt, haud alias aliud de iisdem rebus statuunt. MIN. Non certe. SOC. Non igitur alia atq. alia legitima sunt. MIN. Nequaquam. SOC. Si quos dissentientes mutantesq. uiderimus, num scire illos, an ignorare dicemus? MIN. Nescire. SOC. An non, quod in singulis rectum est, id in singulis legitimum nuncupandum? Vt pote quod secundum rationem medici sit, uel coqui, uel horticultoris, id in eis legitimum? MIN. Absq. dubio. SOC. Contra uero, quod minime rectum, haud amplius legitimum appellandum. MIN. Haud amplius. SOC. Ille legitimus itaq. sit. MIN. Necessarium est. SOC. Quam obrem in constitutionibus de iustis atq. iniustis, deq. ciuitatis ordine & gubernandi ratione tractantibus quodcunq. rectum est, regia lex existit: non rectum uero, nequaquam lex regia: quia scientia deest, esse uidetur, quippe cum illegitimum sit. MIN. Sic est. SOC. Probe igitur confessi sumus legem esse ueritatis inuentionem. MIN. Apparet. SOC. Praterca & hoc ad idem consideremus: quis spargendorum in terram seminum peritus est? MIN. Agricola. SOC. Hic utiq. conuenientia semina uicinisq. solo distribuit. MIN. Sane. SOC. Agricola igitur in ijs legislator bonus est, eiusq. leges & ad ista distributiones recte. MIN. Verum. SOC. Quis in ijs ad harmoniam pulsationibus bonus legis conditor est, ac pro dignitate impertit, & cuius leges recte? MIN. Tibicen & citharista haec agunt. SOC. Qui ergo in ijs maxime legitimus est, is maxime tibicen. MIN. Ita. SOC. Quis optime corporibus alimenta accommodare potest, none qui congrua cuiq. adhibere nouit? MIN. Is ipse. SOC. Huius partitiones institutionesq. optime: & quicumque circa haec legitimus maxime, is legis conditor optimus. MIN. Profus. SOC. Quis iste? MIN. Paedotriba. SOC. Is humani corporis gregem pascere optime nouit. MIN. Sane. SOC. Ei uero qui pecudum gregem pascere nouit, quod nomen est? MIN. Pastor. SOC. Pastoris itaq. leges ouibus optime. MIN. Optime. SOC. Et bubulci bobus. MIN. Etiam. SOC. At cuius potissimum leges a s. hoium optime sunt? an non regis? MIN. Regis. SOC. Bene dicis: sed nu. referre potes, quis e. priscis hoibus legu. circa tibia rum in statione conditor optimus extitit? forte non tenes, Visne tibi memorē? MIN. Valde. SOC. Marsya, & que ille maxime amauit Olympus Phrygius. MIN. Vera loqueris. SOC. Horum sane tibicines harmonia diuinissima sunt, & sola concitant audientes, qui potissimum deos qui usui sunt, ostendunt, ac sola in hunc usq. diem utpote diuina perstiterunt. MIN. Vera haec sunt. SOC. Quis aut ex antiquis regibus legis conditor optimus fuisse fertur, cuius adhuc aequam diuina institutiones extant? MIN. Nequaquam teneo. SOC. An nescis, quae Graecorum gentes antiquissimis legibus utantur? MIN. Forte Lacedaemonios & Lycurgum Lacedaemoniarum legum latorem dicis. SOC. At haec instituta nondum forte trecentos annos, uel paulo plures impluerunt, sed legum earum

Quid regia lex.

Lex est ueritatis inuentione.

Regis leges animis hominum optima.

Marsyas primus tibijs leges posuit.

Qui primi legum conditores apud Graecos.

praeipue unde uenerunt, nosti? MIN. Ex Creta ferunt. SOC. Isti itaq. ex Graecis omnibus antiquissimis legibus uiuunt. MIN. Verum. SOC. Scis qui apud eos praestantissimi reges extiterint? Minos uidelicet & Rhadamantus Iouis & Europa filij, quorum haec leges sunt. MIN. Rhadamantum quidem, o Socrates, iustum uirum fuisse tradunt, Monem autem agrestem, durum atq. iniustum. SOC. Atticam, o uir optime, ac tragicam fabulam refers. MIN. Nonne haec de Mino circumferuntur. SOC. Non tamen Homerus, aut Hesiodus ista testantur, quamquam locupletiores admodum testes sunt, quam cuncti tragici, quorum testimonio talia loqueris. MIN. Et quid isti de Mino tradunt? SOC. Dicam, ne tu, ut alij multi, impia loquaris. Nihil enim hoc magis impium est. Et enim primo cauendum est, ne quid in Deum, aut uerbo, aut opere, aliquando peccemus, deinde ne quid aduersus diuinos hoies. Quin diligenter cauere decet, quoties uirum aliquem laudaturus, aut uituperaturus es, ne aberes. Atq. huius gratia in primis curandum est, ut bonos ac malos hoies dignoscamus. Deus quippe nimium indignatur, quoties quispiam illius simile improbat, aut probat dissimile. Dei uero similis est uir bonus. Neq. lapides ac ligna, aut serpentes sacra existimes, hoies uero nequaquam. Imo sacratissimum oium est uir bonus, prophantisimum contra uir malus. Et nunc iam quemadmodum Homerus Hesiodusq. Minoem ipsum extollunt, haec de causa refera, ne amplius homo ipse ex hoie natus, aduersus heroa Iouis filium perperam obloquaris. Na. Homerus ubi de Creta mentionem faceret, quod esset admodum populosa, & in ea nonaginta urbes, inter illas, inquit, est Cnosos ampla ciuitas, in qua Minos regnauit, nouem annos magno cum Ioue collocutus. Tanta est haec in Minoem Homeri laus paucis uerbis explicata, ut nunquam pari laudatione herouum quenuquam extulerit. quod enim Iupiter sophista est, eaq. ars praclarissima, quum alibi saepe numero, tu hoc in loco, uel maxime patefacit. Na. Minoem annos nouem cum Ioue colloquutum inquit, ad eumq. disciplina gratia proficisci solitum, quasi Iupiter sophista sit. Quod aut tanto munere, hoc est ab Ioue eruditum esse, alium heroa nullum Homerus affectit, mira quadam laus existimanda est. Quinetiam in Odyssea ubi funus describitur, Minoem mortuorum animas iudicantem, aureum sceptrum tenentem induxit. Rhadamantum uero neq. hic, neq. alibi iudicantem, aut cum Ioue colloquentem inducit. Quam ob rem ab Homero praeter ceteris oibus Minoem honoratum assero. Etenim quum Iouis sit filius, quod ab illo duntaxat sit eruditus, non habet magnam laudem. hoc nempe carmen illud significat, Minos regnauit nouem annos, magno cum Ioue colloqui solitus. Minoem uidelicet cum Ioue annos nouem in sermonibus congressum. oxiopi namq. sermones sunt, oxiopis autem est in sermonibus congregiens. Minos itaque annos nouem Iouis antrum erudiendus accessit. Unde & didicit, & docuit inde ceteros, quae ab Ioue nouem annis acceperat. Nec tamen desunt qui oxiopis aliter exponant, compotatorem, comessatoremque, & collusorem Iouis. Verum ex hoc maxime istos non recte exponere conijcere possumus, quod nulli uel Graeci, uel Barbari symposijs, id est, compotationibus, atque eiusmodi ludis abstinent praeter Cretenses, atque Lacedaemonios, qui a Cretensibus didi-

De Rhadamantus & Minoe.

Cautum est, et i laudando, & in accusando.

Vir bonus similis Deo. Vir bonus sacratissima res.

Creta nonaginta urbium.

Iupiter sophista.

didit

didicerunt. In Creta praeterea inter ceteras Minois ipsius leges haec extat. Ne inuicem compotetis ad ebrietatem.

Constat autem cum qua honesta censebat, ciuibus suis obseruanda mandasse. Neq; Minos improbi hominis instar, alia ipse fecisset, alia faciendā mandasset. Ceterum erat consuetudo illa, ut dixi, disciplina gratia verborum colatio, proptereaq; leges huiusmodi ciuibus suis instituit, quarum obseruatione Creta per omne tempus est felix, ac etiam Lacedaemon, ex quo is legibus, utpote diuinis, uiri

Rhadamanthus iudex peritus, non legis conditor.

corpis. Rhadamanthus autem uir quidem bonus extitit, à Minoë si quidem instructus erat: nec tamen regiam disciplinam omnem, sed regi tantum ministrare in iudicijs dicitur: unde iudex peritus appellatus est. Eo plane ueluti legum custode per urbem usus est Minos, ad reliquam uero Cretam custode Talo. Talos enim ter quot annis pagos omnes lustrabat, leges eorum obseruaturus, tabulis aereis leges in sculptas circumferens: unde aereus nominatus est. Hesiodus praeterea similia quadam in ipsum. Minoem intulit. Nam cum nominis illius mentionem fecisset, inquit. Qui mortalibus regibus praesitit, pluribusq; gentibus imperauit, Iouis sceptrum habens quo ciuitates regebat, Hic item sceptrum Iouis nihil aliud uocat, quam Iouis doctrinam, qua Creta omni moderabatur.

MIN. Quam igitur ob causam à Socrates, fama haec inter homines diffusa est, Minoem ipsum rudem, durumq; hominem extitisse? SOC. Ob quam & tu, o uir optime, & unusquisque alius cui fama cura est, si modo sapientis, diligenter cauere debetis, ne poeticum hominem insensum aliquem habeatis. Poeta quippe vim maximam in utraque partem, & ad laudandum, & ad uituperandum habent. qua in re profecto Minos deliquit, cum huic urbi bellum indiceret, quae cum ceteris sapientibus plurimum, tu uel maxime poetis ois generis, ac tragicis praesertim referta est. Tragedia uero hic est antiquissima, nec ut pleriq; putant à Thespide, aut à Phrynicho sumpsit initium: sed si perscrutari uolueris, reperies tragediam longe antiquius huius ciuitatis inuentum. Haec autem ex uniuersa poesi popululum uehementer oblectat, atq; alicui auditores, qua nos Minoas ferientes, uel sumus: sed & huius gratia tributa illa pede re nos cogit. In hoc igitur deliquit Minos, cum nos accesserit, ex quo euenit quod ipse queris, ut infamis euaderet. Quoniam quod uir bonus atq; legitimus, ut supra diximus et excellens pastor populi fuerit, leges eius argumto sunt, quae immutabiles persenerat, utpote uera ciuitatis gubernatione reperta. MIN. Verisimilem rationem, o Socrates, attulisse uideris. SOC. Nonne igitur, si uera loquor, uidentur tibi Cretenses Minois Rhadamanthiq; ciues antiquissimis legibus uti? MIN. Videntur sane. SOC. Isti ergo priscorum omnium legumlatores excellentissimi fuerunt, hominumq; pastores, quemadmodum & Homerus exercitus ducem pastorem populi nuncupat. MIN. Profusus. SOC. Age itaq; per Iouem amabilem, si quis nos roget, conditor legum circa corporis ualetudinem, quid corpori adhibet ut bonam ualetudinem tueatur? responderemus utiq; recte ac breuiter, quod nutrimentum & exercitium, tu intendens, tum remittens, atq; ita corpus componens. MIN. Probe. SOC. Si posthac iterum querat, lator legum ad animam pertinentiu, eiusq; pastor optimus quid illi adhibens meliore efficit? quid nos huic potissimum respondebimus, ut minus de nobis ipsis deq; atate nostra erubescamus?

Tragedia Athenarum antiquissimum inuentum.

M. I. Quid dicam nescio. SOC. At turpe nimium utriusq; nostrum animis est, si qua sibypsis bona, malae sunt ignorare, quae uero ad corpus, & ad alia pertinent, cognoscere uideantur.

EUTHYPHRO PLATONIS, VEL, DE SANCTITATE.

MARSILII FICINI ARGUMENT.



EUTHYPHRO totus in consutatione uersatur. Quo factum est, ut nonnulli Platoniorum hunc librum quemadmodum Euthydemum & Hippiam, litigiosum uocauerint. Sed reuera, dum falsas Euthyphronis de sanctitate opinionones Socrates confutat, ueniantibus ueritate illius uestigia signat. In hoc igitur libro, atq; etiā

in Georgia sanctitatem Plato nominat eam iustitiae partem, quae summo deo tribuit. Sui tribuit deo, qui illa quae sine medio accepta à deo, deo reddit. Corpus quidem ut Plato in lib. De natura disputat, ab elementis quattuor, naturalis speciei complexionem, à caelestibus sphaeris, partes à quae trahuntur affectibus à demonibus & animis siderum sphaerarumq; suscepimus: rationem uero ac mentem nostri patetis imaginem, ab ipso mundi totius opifice sine ullo calicularum aut demonum ministerio. Haec itaq; dei sunt, haec deo reddenda, atq; haec retributio sanctitatis nuncupatur. Quae praecedit pietas, religio sequitur. Est enim pietas dei parentis agnitio. Sanctitas, eius quod dei est, deo agnito retributio. Religio, eius quod deo redditum est assidua meditatione iustisq; operibus cum deo ipso indissolubilis religatio: ut merito sapiens ille dixerit, funiculum triplicem difficile solui, funiculum inquam ex pietate, sanctitate, religioneq; conexum. Pietas sanctitatem excitat, sanctitas pietatem confirmat et sancit. Sanctitas quoque religionem mouet. Religio religat sanctitatem: prius enim hoc uel instinctu, uel inspiratione, uel admonitione opus est, quo deum unum nostrum esse parentem fide indubia cogitemus, quam pietate esse uolumus. Cui quis ista concepit, mox oem mentis et rationis intentionem in deum noscendum amandamq; figit. Atq; hunc in cognoscenda amandaq; diuinitate frequenter intuitum sanctitatem Mercurius, quoq; desinit. Ex hac flagranti in deum intentione mentisq; ardore fit ut oia dei opera, instituta, mandata meditemur exerceamusq; & assiduo quocumq; ad eius uenerationem pertinet, relegamus. Quamobrem nos ipsos relegando religantes deo, religiosi sumus. Hac autem definitione & distinctione praemissa, quae de sanctitate in Euthyphrone, uel alibi à Platone dicitur, perspicua sunt. Cumq; dicitur sanctum quod amatur à deo, uerum est: sed quia sanctum, amatur à deo, non quia amatur est sanctum. Et quia amatur, amatum est: non tamen quia amatum, amatur: quoniam non idem est omnino sanctum atq; amatum. Neque enim sanctitatis ratio in ipso amatum esse, sed ipsa potius retributione ac deuotione consistit. Praeterea cum dicitur, Sanctitas cura ministrata dei, uerum quoq; dicitur. Sed ad quod opus dei ministrat? Ad conuersionem animae. Opus enim dei est, creare, conuertere, purgare, illum minare, perficere. Cui primum per pietatis instinctum inspirando conuertere deus ad se incipit animam, illa ipsa assensio qua sese libenter in conuertentem deum animus ipse restituit, sanctitas nuncupatur, quae quidem ministrata dei est ad conuersionem perficiendam. Additur postremo, Sanctitas scientia uouendi, & sacrificandi deo. hoc maxime ad religionem pertinet, quae sanctitatem, ut diximus, comitatur. Uouendo petit, sacrificando dat. Quid petit à deo? seipsum. Quid deo dat? seipsum. Ideam si quae in mente diuina est petit, quam Mercurius petit à Pimandro. Dat autem naturam suam Ideae participare.

Pietas. Sanctitas. Religio.

Funiculus insolubilis.

EUTHYPHRO, SOCRATES.



Quid noui o Socrates accidit, quod praetermittens exercitationes in Lyceo, circa regis porticum hic uersaris? Neque enim causa nunc tibi ulla est, quemadmodum mihi ad regem. SOC. Non causam hanc Euthyphro, sed ac consationem Athenienses uocant.

Occasio dialogi.

E. V. T. Quid ais? num te aliquis accusauit? Non enim te alium